



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Collegium Universi Juris Canonici

Engel, Ludwig

Salisburgi, 1693

Privilegium XLVII. Monasteria habent jus eligendi Abbatem; ideo non sibjacent provisioni papali, primis precibus, aut juri patronatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

memorialis præscriptio frequenter hic intervenire potest; & observandum, quòd non idèd minus sit *immemorialis* quamvis doceatur de *congruatis* per litteras incorporationis, fortassis ultra 100. annos obtentas, dummodo non constet de *curio* præteritis possessionis, Molina de *I. & I. tract. 2. diff. 70. n. 3.* & dixi in *Man. Parob. p. 3. c. 1. n. 11.*

PRIVILEGIUM. XLVII.

Monasteria habent jus eligendi Abbatem; ideo non subjacent provisioni papali, primis precibus, aut juri patronatus,

1. *Jus eligendi ablatum Monasteriis per Reg. Cancell. restitutum est per Concordata Germaniæ.*

2. *Quid sint primæ preces Imperatoris.*

3. *Quem effectum habeat jus patronatus in Monasterio.*

Primum hoc juris beneficium probè agnoscent Monasteria, quæ suæ religionis Abbatem habent, & verè patrem & pastorem cui non tantum pecuniæ *commendata*, sed oves sunt propriæ & vocem ejus audiunt &c. Licet verò de jure communi hoc jus *electionis* Monasteriis tributum sit, ut constat *ex r. c. de Election.* postea tamen Pontifices per Reg. *Cancellaria* reservaverunt suæ dispositioni & provisioni præter Ecclesias Patriarchales, Primatiales, Archiepiscopales, & Episcopales, omnia etiam *Monasteria viro-rum* valore annuum ducentorum florenorum *superi* excedentia ut in *reg. 2. Cancell.* habetur. Deinde per *Concordata Germaniæ* in Anno 1448. inter Frideric. III. aliosque Principes & Prælatos Germaniæ, & Nicolaum V. S. Pontif. (quæ in Bullario novissimo inter Bullas Nicol. V. primo loco ponuntur) *Monasteriis* jus *electionis* denuò restitutum est.

Præterea potest quidem Imperator ex privilegio Pontificis in omnibus Ecclesiis in imperio *illis primas preces* concedere, id est, in qualibet Ecclesia, semel tantum, aliquam personam idoneam nominare, quam Ordinarius ad beneficium vacans omnino recipere teneatur, dummodo Collator saltem quatuor beneficia conferenda habeat, & beneficia non sint de jure Patronatus

Laicorum, atram ab his *primis precibus* capiuntur dignitates electivæ, & primæ in Ecclesiis Cathedralibus, Collegiis & Seminariis, prout refert *Joan. à Chokier in Summ. Jur. Statu*, quem inscripsit, *Scholia in primas preces Imperatoris.*

Ritus qui fundavit, confirmavit, vel detulit Ecclesiam consequitur *jus patronatus*, ut *Cicero* cum idoneum ad talem Ecclesiam tanquam beneficium præferre valeat, quem Episcopus debet necessarîo ceteris paribus inspicere: si verò aliquis exerceat *Monasterium* vel Ecclesiam *patronatus* in *Monasterium* convertit, alio est effectus *juris patronatus*; nam quæ fundavit seu Patronus non potest contumaciter aut eligere Prælatum (aut Clericum fit & in functione eorum consensu Pontificis jus eligendi sibi expectare non servavit, vel aliunde per *concordatam*, aut *præscriptionem* acquisierit, *Gl. & Barb. n. 1. in c. nobis. 2. de Jur. Patron.*) necesse est ad electionem instituatam, sed omnium potestatem electionem ejus consensu requiritur, hinc ipsum consensum magis de *hæreticis* quam necessitate desiderari, communiter est sententia, ut si Patronus rationabilem contumaciam di causam habeat eam proponere possit, de cetero autem si nihil obstat electioni, quo minus Canonice censeatur debet, etiam in *visu* Patroni validam & confirmandam esse; videtur enim inconveniens ut confirmatio Prælati, potius voluntate Patroni præferatur Laici (cum tamen Laici aliis jure eligendi incapaces sint) quam in electione Capituli vel judio superioris Ecclesiastici dependeat, & insinuat *tex. in d. c. nobis* dum dicit, Patroni assensum beneficium *requisitum* Barb. *d. l. n. 4. Panor. in c. sacrosancta de Benef. in 6.*

ADNOTATIO.

Potissent in hoc privilegio *omnia addi de jure Advocatiæ*, quod Principes, aliqui domini præcedunt in *Monasteriis*, sed quia in *prolixioris* materiæ & indignis, ac potius in *particularibus* privilegijs, concessio de *concordatis* dependet quam ex *jure communi*, ita Lectorem remitto ad *Etalium à Chokier in Speciali tractatu suo de Advocatiis feudalijs & Mattium Magerum de Advocatiis* *in nota.*